

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




T H È S E S

A N C I E N N E S

D U

X V I I ^e S I È C L E

2




| | | |
|---|-----------------------------|--------------------------|
| LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie | 9 août 1657 | II 227 |
| LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie | 8 sept. 1661 | I 152 ,et II 152bis. |
| LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie | <u>3</u> nov. 1662 | II 153 |
| LE BOUTHILLIER(François)...Théologie | <u>13 fév</u> /1662 | II 154 ,et II 154bis. |
| LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)..Philosophie | 8 juill.1656 | II 155 |
| LE BRUN (Henri).....Philosophie | 28 juill.1659 | II 156 |
| LE CAMUS (André).....Philosophie | 6 août 1660 | II 157 |
| LE CAMUS (Etienne).....Théologie | 28 nov. 1656 | II 158 |
| LE CHAPELLIER (Georges).....Théologie | 18 févr.1662 | II 159 |
| LE DOULX (Florent).....Théologie | <u>8</u> mai 1656 | II 160 |
| LE FILLEUL (Claude).....Philosophie | 10 août 1660 | II 161 |
| LE FRANC (Aegidius).....Philosophie | <u>5</u> septembre/ 1660 | II 162 |
| LE GAIGNEULX (Jacques)....Théologie | 7 janv. 1662 | II 163 |
| LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie | 2 oct. 1657 | II 164 |
| LE GRAS (Frère Bernard)...Théologie | 12 févr.1657 | II 165 |
| LE GRAS (Frère Bernard)...Théologie | 29 nov. 1657 | II 166 |
| LE HOUX (Jean).....Philosophie | 18 août 1658 | II 167 |
| LE MOYNE (Alphonse).....Théologie | 17 avri.1663 | II 168 |
| LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie | <u>10</u> jan.1662/ | II 169 ,et II 169bis. |
| LE PETIT (Nicolas).....Théologie | 9 mai 1659 | II 170 |
| LE PICART (François).....Théologie | 25 janv.1652 | II 171 |
| LE ROUGE (Charles).....Théologie | 13 avr. 1667 | II 172 |
| LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)Théologie | 16 mai 1659 | II 173 |
| LE SAUVAGE- (René).....Théologie | 26 sept.1657 | II 174 |
| LE TELLIER (François).....Philosophie | 21 août 1661 | II 175 |
| LE VERRIER (René).....Théologie | 26 juillet 1652 | II 176 |
| LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie | <u>29</u> /sept.1667 | II 177 |
| LEMPEREUR (F.Claude).....Théologie | <u>7</u> juin/1669 | II 178 |
| LEMPEREUR (Henri).....Philosophie | 10 juil.1661 | II 179 |
| LENOIR (Pierre).....Philosophie | 6 août 1662 | II 180 ,et 180bis. |
| LEOTAUD (Charles).....Théologie | 23 mai 1664 | II 181 |
| LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie | 2 juill.1662 | II 182 |
| LOMENIE DE BRIENNE(Charles- François de)....Philosophie | 16 juil.16..? | II 183 |
| LOMENIE DE BRIENNE(Charles- François de)....Théologie | 14 janv.1664 | II 184 |
| LOTTEAUX (Louis).....Théologie | 19 sept.1669 | II 185 |
| LOUBERES (F.Prosper).....Théologie | 5 août 1669 | II 186 |
| LOUVERSÉ (F.Pierre).....Philosophie | 2 août 1665 | II 187 |
| LOYS (F.Jérôme).....Théologie | 9 févr. 1662 | II 188 |
| MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie | 12 juil.1670 | II 189 |
| MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie | 10 août 1662 | II 190 |

| | | |
|---|----------------------|--------------------------|
| MAILLET (Pamphile).....Théologie | 5 déc. 1661 | II 191 |
| MALLETTE (Jean).....Théologie | <u>11</u> /avr. 1663 | II 192 |
| MALITOURNE (Jacques).....Philosophie | 10 août 1665 | II 193 |
| MALLET (Nicolas).....Théologie | 15 oct. 1663 | II 194 |
| MARGUERY (Nicolas).....Philosophie | 30 juil.1651 | II 195 |
| MARILLAC (André de).....Philosophie | 10 août 1659 | II 196 ,et II 197) |
| MARILLAC (René de).....Philosophie | 3 août 1659 | II 198 |
| MARNE (F.Georges).....Philosophie | 29 mai 1662 | II 199 |
| MAUGER (Laurent).....Philosophie | 8 juill.1663 | II 200 |
| MAURAGE (Pierre).....Théologie | 3 sept. 1669 | II 201 |
| MELICQUE (Nicolas).....Philosophie | 8 août 1660 | II 202 |
| MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie | <u>8</u> /août 1660 | II 203 |
| MERAULT (Pierre).....Philosophie | 7 juillet1658 | II 204 |
| MEUR (Vincent).....Théologie | 4 juin 1661 | II 205 |
| MICHAU (Jean).....Théologie | 29 mars 1662 | II 206 ,et II 206bis) |
| MICHON (Michel).....Philosophie | 2 oct. 1662 | II 207 |
| MINGUET (F.Charles).....Philosophie | 5 juillet1652 | II 208 |
| MOLE (Louis).....Philosophie | 28 août 1661 | II 209 |
| MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie | 22 août 1660. | II 210 |
| MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie | 4 janv. 1662 | II 211 |
| MOREL (Zacharie).....Philosophie | <u>16</u> /août1671 | II 212 |
| MORIN (Henri).....Théologie | 23 janv.1660 | II 213 |
| MORROCH (Pierre).....Droit canon | <u>16</u> /avr.1669 | II 214 |
| MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie | 17 mars 1668 | II 215 |
| NATTIN (Jean).....Théologie | <u>14</u> nov/1669 | II 216 |
| NOÛET (Anne).....Théologie | 21 mai 1663 | II 217 |
| O MOLONY (Mathieu).....Droit canon | 28 mai 1664 | II 218 ,et II 218bis. |
| PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie | 26 août 1661 | II 219 |
| PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie | 30 déc. 1655 | II 220 ,et II 220bis. |
| PAPELANT (Jacques).....Droit canon | 11 août 1661 | II 221 |
| PAUROT (Charles).....Philosophie | 28 juil.1660 | II 222 |
| PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie | 28 juin 1657 | II 223 |
| PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie | 5 févr. 1656 | II 226 |
| PERIER (Antoine).....Théologie | 9 sept. 1662 | II 224 |
| PERRIN (Guillaume).....Théologie | 24 janv.1651 | II 225 |
| PICQUES (Bernard).....Théologie | 5 mai 1663 | II 228 |
| PICQUES (Louis).....Philosophie | 1erJuil.1657 | II 229 |
| PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie | 14 sept.1662 | II 230 |
| PIN (Jean).....Philosophie | 29 juin 1665 | II 231 |
| PIOT (Jean).....Théologie | <u>23</u> fév/1662 | II 232 |
| PISTEL (Laurent).....Philosophie | 16 juil.1662 | II 233 |

| | | |
|--|---------------------|---|
| POITEVIN (Armand).....Philosophie | 25 juil.1648 | II 234 |
| PONCET (Michel).....Philosophie | 11 juil.1660 | II 235 |
| POREY DU PARCQ (René).....Philosophie | 28 juil.1661 | II 236 |
| POTIER (Jean).....Théologie | 22 févr.1662 | II 237 |
| POULIN (François).....Philosophie | 15 juil.1663 | II 238 |
| PURCELL (John).....Philosophie | 4 juin 1666 | II 239 ,et II 239a,b,cuet d. |
| REGNARD (Jean).....Philosophie | 8 juil. 1662 | II 240 |
| REGNAUD (Julien).....Philosophie | ...juin 1658 | II 241 |
| REGNAUD (Julien).....Théologie | 10 nov. 1661 | II 242 |
| REGNAUD (Julien).....Théologie | <u>30</u> /août1664 | II 243 |
| RESTAURAND (F.André).....Théologie | <u>17</u> /oct.1655 | II 244 |
| ROBERT (Jean).....Droit canon | <u>30</u> /déc.1663 | II 245 |
| ROSTIN (Michel de).....Théologie | 28 févr.1656 | II 246 |
| ROSTIN (Michel de).....Théologie | 1er fév.1661 | II 247 ,et II 247bis. |
| ROUSSEAU (Jean).....Philosophie | 7 juil. 1668 | II 248 |
| ROYNETTE (Simon).....Théologie | 18 avr. 1662 | II 249 |
| SANTEUL (Pierre de).....Théologie | 12 juil.1661 | II 250 ,et II 250bis. |
| SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie | 29 juin 1662 | II 251 ,et II 251bis. |
| SAUSOY (Jean).....Théologie | 9 nov. 1646 | II 252 |
| SAVIGNAC (Louis de).....Théologie | <u>4</u> /janv.1670 | II 253 |
| SELLIER (Claude).....Théologie | 13 févr.1662 | II 254 |
| SENAUX (Bertrand de).....Théologie | <u>23</u> /fév.1662 | II 255 |
| SEVERT (Antoine-François)..Théologie | 20 mars 1668 | II 256 |
| SEVIN (Michel).....Théologie | 8 févr. 1668 | II 257 |
| SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie | 17 jan. 1654 | II 258 ,et II 258bis. |
| SIMENEL (Pierre).....Théologie | 1er fév.1662 | II 259 ,et II 259bis,ter et quater. |
| STAPLETON (Edmond).....Philosophie | 24 juin 1668 | II 260 |
| SUZE (Anne-Tristan de)....Philosophie | 25 juil.16.. | II 261 |
| TAMPONNET (Antoine).....Théologie | 11 févr.1664 | II 262 ,et II 262bis. |
| TANOAIN (Julien de).....Théologie | <u>8</u> /févr.1661 | II 263 |
| TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie | 27 juil.1661 | II 264 |
| VAILLANT (Antoine).....Philosophie | 5 août 1657 | II 265 |
| VALLELLE (Louis-Alphonsede)Théologie | 7 nov. 1664 | II 266 |
| VANIER (Claude).....Philosophie |?..... | II 267 |
| VERDUN (Claude).....Philosophie | 10 août 1659 | II 268 |
| VIC (Médéric de).....Théologie | <u>31</u> /déc.1664 | II 269 |
| VREVIN (Antoine de).....Théologie | 20 avr. 1657 | II 270 |

--oo00oo--





si sunt: hinc Ozius Cordubens praesulibus constat, et uno Siluestri summi Pontificis nomine, non ita clara, in affirmantem tamen praesulibus adductus momentis descendit. Posteriori saeculo non exortii sunt haeretici, Sociniani dicti, à Socino illorum antesignano, qui errorem praecipue Photinianorum instaurare aggressi sunt, Christum asserunt neque Deum esse verum, neque duabus in vna hypostasi consistere naturis, subtilibus tricis & contortis Scripturae testimoniis veritatem hanc eleuare & labefactare student, sed quas refellere, in promptu erit cuique Theologo.

SANAND Æ miseræ nostræ non defuit Deo alius possibilis modus, commodior tamen Incarnationis mysterio non adfuit, cum Deus non haberit, quo se perfectiùs communicaret, & homo quo aliùs ascenderet; sed nec idè necessarium fuit hoc mysterium, non ex hypothesis creatiois huius vniuersi, neque ex hypothesis lapsus generis humani, neque etiam supponeretur quòd velle Deus humanum genus reparare; certè si reparare velit per condignam peccato exhibitam satisfactionem, necessarium hac in hypothesis fuisse existimo: purus enim Deus, nec pura creatura sic satisfacere poterant, debebat ergo Deus homo. Non parua lis inter Theologos pender, qua ratione pro suo peccato non potuerit creatura pura satisfacere, hac ratione ductus id crederet, quia puri hominis satisfactio elicit per actum perfectæ contritionis & charitatis erga Deum, supponeret debiti partem liberaliter à creditore remissam, auxilij scilicet illius donationem, ex quo hunc actum exerceret; rationem infinitæ actum in peccato malitiæ, vt veritati dissentaneam repudio: neque potuit pura creatura, pro alieno, siue mortali, siue veniali condignè satisfacere, pro suo veniali potuit: satisfecit verò condignè Christus pro peccatis hominum, non tamen ex rigore strictæ iustitiæ; ex bonis enim, quorum valor ab ipso creditore proueniebat, satisfecit: potuit itaque Deus satisfactionem eius non acceptare, sed & potuisset, etiam ex rigore strictæ iustitiæ fuisse.

ADAMO non peccante Christum non venturum consistere mihi videtur, non enim alium eius aduentus proponunt finem Scriptura & Patres quàm redemptionem generis humani; Venit itaque vt nos tum ab omni actuali, sed praesertim originali peccato faceret immunes: solo enim posito originali venisset, non ita solo posito actuali; sed tandem quo peractum est modo mysterium hoc? hæc constans fuit & incommutata fides in Christo Domino duplicem naturam, diuinam scilicet & humanam, in vnitatem personæ sine vlla permixtione coniunctam & substantialiter vnitam esse. Ad ineffabilem illam veritatem multorum hæreticorum caligant oculi; Nestorius Constant. Episcopus, vniõnem hanc inter personalitatem Verbi & humanitatem, substantialem esse negauit, non nisi accidentalem, id est habitudinem & gratiæ agnouit: vnde personas duas quamuis palam verbo negaret, tenere conuincitur: hæreticos illius *ὁμοιούσις* verbum, testera fuit, vt vniõnem Dei Filium in tempore ex Virgine natum, ipsamque prouide beatam Virginem Deiparam confiteretur, adduci non poterat: de hoc errore à sancto Cyrillo primùm reprehensus fuit, cui cum dein vices suas commiserit Cælestinus summus Pontifex, sub anathematis interminatione iussus est mutare sententiam: sed cum nihil hortationibus proficeretur, conuocatum est Concilium Ephesicum tertium, in quo meritò damnatus & depositus fuit. Huic praesuit Cyrillus summi Pontificis nomine, nec quisquam hunc, vel Ephesinos Patres arguat praeterquam in hac damnatione festinationis, vnde iustam querelam occasionem fuisse dicit Ioanni Antiocheno & Orientalibus.

EVTYCHES perperam intellectis quibusdam Cyrilli vocibus, & odio Nestorianæ hæresis, in errorem cum illo ex aduerso pugnantem incidit; quo scilicet confusionem in Christo induceret naturarum: hærent Theologi quem exponendæ suæ sententiæ modum ei tribuant; crediderim eundem nullum reperit fuisse ab eo stupidi ingenij sensu, sed solum ab eius doctrinæ propugnatoribus, qui Catholicorum disputationibus irritati ad ista subtiliùs enucleanda compulsi sunt; illorum verò varij vario modo mentem suam exponebant: sed quàm immeritò errori fidei praesidium quaerent ex scriptis Cyrilli ea accuratè euoluenti consistat: tam iuste igitur Eutyche damnatus in Concilio Constant. sub Flauiano, quàm præter fas, postea latrocinium Ephesinum, ipso damnato Flauiano eundem absoluit: huic praesuit, Theodosij delectum, Dioscorus Alexandrinus, etiam adessent legati summi Pontificis; sed ex eo nullum Pontificiæ auctoritati insensum argumentum desumere possunt: quo probent primum illis non deberi locum in Concilio; ritè eundem conuocatus Conuentus iste fuerat, sed pro Catholico haberi uenit, Occidentis simul & Orientis in vnam conspirantium atque eius fidem improbatum consensus. Vt exorta ex latrocinio illo Ephesino sederetur tempestas, habitum est Concilium Chalcedone Oecumenicum quartum, quod veram de Incarnatione fidem contra Eutychem stabiluit, depositionis sententiam contra Dioscorum tulit, quòd tertio vocatus Synodo se sistere noluisse; sed praecipue eò quòd Nicææ Leonem Papam excommunicare ausus fuerat: prolato fidei decreto ab Anatholio, in quo ex duabus naturis dicebatur Christus, legati summi Pontificis & Orientales resistere, dici voluerunt in duabus esse naturis; ex historia constat rem tandem ex illorum placito actam esse: legatur itaque in Concilij textu non ex duabus sed in duabus naturis esse Christum.

SEPLVTO Eutyche sepulta non est illius hæresis, acerrimi illius fuerunt propugnatores, qui plures prouincias latè infestas seditionibus habuerunt; vnus ex illis praecipuus Petrus Cnaphes, qui additionem hanc *Trisagio* facere praesumpsit. *Qui crucifixus es pro nobis*, miserere nobis: rei nouitas & notum illius consilium, quo scilicet Theopasitarum errorem fouere studebat, omnium animos in eum commouit, sed in ore Catholico hæc additio meritò ab errore vindicari posset, si praecipue prænonatur hæc verba, *Christe qui, &c.* Fautor verum occultus eiusdem fuit hæresis Acacius Constant. cuius suasu conscriptum est Zenonis hereticum, praecipue verò Eutycheianorum reliquiæ Acephali dicti sunt, qui Concilio Chalcedonensi insensum viam aperuerunt celeberrimæ isti quaestioni de tribus Capitalis, de qua id tamen dicam, illorum damnatione nihil quintam Synodum, cui & consensus & subscriptus Vigilius, desinuisse Concilio Chalcedonensi contrarium. Sed contra hæreticos, statuta vniõne hypostatica quaerunt Theologi, quid sit? hanc esse modum substantialem extrinsecum per eam vnitatis superadditum, & ab ipsis distinctum, eumque in entitate supernaturalem censere. Humanitas Christi reipà vniõnem suam hypostaticam non meruit, sed absolute mereri potuit saltem de congruo, nullatenus verò eam ita mereri potuit Christus; nullus antiquorum Patrum substantiam Incarnationis etiam de congruo meruit, sed mereri possibile fuit; aliquas verò Incarnationis circumstantias de congruo meruerunt: beatissima verò Virgo eo genere meriti reipsa meruit, vt esset mater Dei.

NATVRA quælibet substantialis completa, siue rationalis, siue irrationalis assumi à Deo hypostaticè potuit, non ita accidens, etiam ab omni subiecto separatum; sed natura creata suâ propria destitui debet substantia; si retineret enim, hypostaticè assumi non posset: id quo Verbum illam terminat, reatum est, scilicet substantia Verbi: vtram absolutà Dei potentia persona creata terminare alienam naturam posset, nullam esse rationem quæ repugnare probet, mihi videtur: verum corpus terrenum & carneum, eiusdem cum nostro materie & partæ, & animam præterea rationalem vnitam illi corpori Verbum assumpti, ab eo etiam hypostaticè assumpti fuerunt sanguis, tres alij humores, vngues & dentes, pilæ & capilli; inter ea verò quæ assumpta sunt, nullus fuit ordo temporis, non enim aliqua duratione reali priùs exiit humanitas, quàm à Verbo assumeretur; sed fuit aliquis ordo naturæ. Gratiâ habituali instructus fuit Christus, eius tamen humanitati absolute non necessaria, quia ipsa diuinitate, cui vnita hypostaticè erat, formaliter sanctificata erat: finita hæc fuit, augeri sed potuit: primo conceptionis momento infusus habuit virtutes naturales & supernaturales, Theologicarum fidem & spem non habuit, fuerunt & dona & gratiæ gratis datæ; fuit & gratia capitis non hominum modò, sed & Angelorum, quam ex ipsa præcisè vniõne hypostatica obtinuit; scientiâ beatâ primo creatiois instanti donata fuit illius humanitas, per quam cognouit res omnes quæ habentur in quacumque temporis differentia; multas etiam merè possibles, non tamen omnes omninò, Deum enim comprehendisset; sed præter hanc scientiam habuit scientiam infusam perfectissimam, acquisitam & experientialem.

ANIMAM omnipotentem non habuit Christus, corporis defectus communes habuit, non particulares. Quidam eum deformem pingunt, sed præstantissima fuit oris dignitate conspicuus, grauissimaque corporis maiestate venerandus: verè doloribus ipse obnoxius fuit, ignorantia verò & peccato non item; peccatum enim in eo nec locum habuit, nec habere potuit, sicut nec peccati fomes: appetitus omnes animi motus immoderatos respuit, moderatos admisit: vt duplex natura; sic duplex in eo voluntas, duplex operatio à Catholicis prædicatur, procul itaque Monothelitarum error, qui è vilius Eutycheianorum error, qui è vilius Eutycheianorum reliquiis pullulauit; quem qui Vigilio tribuunt temporum se peritos non præstant, sed qui Honorio, maiorem mouent difficultatem; hunc neque cum Monothelitis sensisse dicam, neque acta Concilij corrupta fuisse. Verè fuit liber Christus etiam in actibus præceptis & liber à necessitate, nam quæ ad merendum requiritur libertas, indifferentiâ essentialiter includit; meruit itaque omnibus actionibus liberis, quas à primo suæ conceptionis instanti inclusit, ad suæ mortis punctum excludit; vt viator exerceret, sibi quidem gloriam corporis & nominis exaltationem fuit; Angelis mysteriorum aliquorum reuelationem, nobis verò, quæ gratiæ nomine in nobis solent intelligi, meritis est vniuersa. Duarum naturarum concursum in vnam hypostaticam consequitur mutua proprietatum & nominum communicatio, vnde vnus de Trinitate crucifixum dicere nihil verat: de quo motam aliquandò à Scythis monachis controuersiam legimus, illorum in factò sola culpanda fuit inconsulta ratio & præcepti ardor inculcandæ veritatis intempertus, potius quàm callidæ aut errore contaminatæ.

CHRISTM Filium Dei adoptiuum, non naturalem dixere Felix & Elipandus; sed meritò propter hunc suum errorem in Concilio Francofordiensi damnati, & vt Nestorianâ imbuti fuligine habitii sunt; Christum itaque Filium Dei adoptiuum non dicas, seruum dicas, sed non eodem, quo Elipandus sensu prædicabat. Illius Sacerdotium Scriptura commemorat, hostia simul & sacerdos fuit; sacerdos secundum ordinem Melchisedech, non is verò factus est externa aliqua Dei voluntate & deputatione, sed ipsa præcisè hypostatica vniõne: quascumque fudit orationes, dum mortalium inter nos degeret, semper à Patre exauditus fuit; nunc in cælo, non verà, sed metaphorica & interpretatiua tantum oratione orare arbitrator. Humanitas diuinum vno & eodem latræ cultu adorari debet, ac ipsum Verbum diuinum; beatam Virginem hyperdulæ cultu profsequitur Ecclesia, cæteris enim creaturis multo eminere, præcipuaque sanctitate præpollerit; ita verò, vt eam crediderim ab omni tum originali peccato, tum actuali labe immunem seruata. Non hæc vna omnium sententia, nec diffitebor huic opinioni plures aduersari Patres; sed hæc est, quam pietas sollicitat & Ecclesiæ summi consonare mihi magis videtur: dulcè cultum exhibet Sanctis Ecclesia, quem nos, in eo qui verè latræ est, confundere, nisi ex impudenti calumnia arguere possunt Nouatores, quem enim eorum lateat latræ cultum vni Deo à nobis exhiberi?

NON verè Cruci solum, sed & cuius eius imagini, vestibus & cæteris huiusmodi Christi contactu dignificatis eundem quem ipsi Christo latræ cultum, sed diuersimodè exhibemus; signum verò Crucis, quod transiens dicitur, summo semper in honore habitum est; ad quamcumque suam actionem pingebant illud Christiani, nec ad fidem tantum profectendam, sed etiam ad fugandos demones & alia mirabilia efficienda exhibebatur. Imaginum verò vsus non paruum in Ecclesia concitauit rurorem, longo tempore persecutio magna in illarum assertores grassata est, etiam habita Constantinopoli Pseudo-Synodus, in qua nec adorandas imò frangendas imagines sancitum est; sed tandem habitæ fuit Nicææ septima Synodus, quæ & erigendas & honorificam ipsis adorationem deferendam definiuit; non aut absolutam, aut eandem quæ deificè Trinitati impenditur, sed relativam vt in imaginibus prototypa, & in prototypis, sanctitatem illorum & gloriam veneremur. Huius Concilij malè intellecta fides Gallorum commouit animos, habita est Synodus Francofordi quæ huic aduersari videtur; sed in eo potius deprehendere licet errorem facti quàm iuris. Quis tamen plures Gallicanos Antistites ab errore vindicare possit? quos constat ad memoriam & ornatum retinuisse potius imagines, quàm ad venerationem: & certè Carolinum opus multa & virulenta in septimam Synodum continet; sed quidquid alij sentiant, nec Romam vnquam missum, nec illi respondisse Adrianum existimo: verum tandem restituta est Ecclesiæ pax, & vno omnes agnouerunt ore Mysterium hoc esse *magnum pietatis Sacramentum*.

Has Theses, Deo duce & auspice Deiparâ, tueri conabitur LVDOVICVS ALPHONSVS DE VALBELLE, Massiliensis, Baccalureus Sorbonicus, die Veneris septima Nouembris, Anno Domini 1664. à Sexta matutina ad Sextam vespertinam.